

enim, tot aliorum exempla fecuti, confingere cetas, quibus adstricti sunt, omnia propter JESU CHRISTI amorem relinquere possunt, & quod maximum est evangelica perfectionis impedimentum, in gradum sibi convertere, quo ad illam facilius ascendant. Ad hac in ipsa etiam opum affluentia pauperes esse possunt, fuga luxus, voluptatum, & hujus mundi, quo res prospere illis aditum sternerunt; & quin insanie videantur insimulandi, cum ad hunc virtutis, & sanctitatis gradum contendunt, audeo dicere, hunc pro ipsis multo magis, quam aliis, cumulum esse sapientie: quando quidem probabilissimum est homines in magna fortuna raro salvari, nisi prorsus sancti sint; & vix fieri potest, ut in mediocri statu sese contineant; nec non quicumque ibi perfectioni abrenunciat, in maximo intereundi periculo versatur. *Idem.*

Obligatio ad sanctitatem adspiciendi ad omnes pro statu singulorum spectat.

Si necessitas haec, quam nobis evangelium imponit, contendendi, ut perfecti simus, quemadmodum Pater noster caelestis perfectus est, non est simplex consilium, sed obligatio, quae est de jure naturali, quod igitur distinet inter religiosos, ac mundi personas constituit? Modicum sane, o fideles; & si exipitis, S. Basilii ait, perfecta castitatis obligationem, quam religiosi voverunt, & amorem effectivum, sive adhaesionis, quo tenentur magis affidae, & unice adhaerere Deo, quam saeculares, in quibus Deo sufficit amor appetitivus, videlicet sibi in corde eorum deseri praelationem quibuscumque rebus creatis, cum quibus conversari tenentur propter negotiorum, commercii, & ministerii sui necessitatem; reliqua omnia evangelii praecepta religiosi aequae, ac saecularibus sunt communia. Verum esto non eadem vobis adit perfectionis obligatio, quae in religiosis est, saltem major vobis est obligatio curam gerendi vestrum, quia in majori pereundi periculo versamini. Concupiscentia, quae in illis, & vobis est, post baptismum longe difficilior in vobis superanda est propter objectorum, quae vobis circum obsident, & undaeque allicunt, praesentiam. Cum mundus sit centrum illius, ita illa ibi adeo valida invenit arma, quibus vobis inferat bellum, ut asinum affirmare vos de illa triumphum reportare non posse, nisi ad perfectionem toto usque contendatis. *Auctor sermonum christianorum, sermone pro quarta Quadragesima, Dominica.*

Cum virtus, quae de coelo lapsa est in terras, non sit nisi tamquam in aliena regione, ubi omnia contra illam armata sunt, eandem expulsa, ipsa ut plurimum vicibus nequaquam praevalet, nisi in eo fuerit perfectionis gradu, qui efficit, ut haud agra referat triumphum, & qui nos inter gravissima certamina praebet invictos. Et profecto, S. Augustinus inquit, omnes hominum in mundo conditiones imbecillibus tantum, communibusque virtutibus reguntur; concupiscentia, & cupiditas efficiunt, ut sexcenta ibi scelera dominantur. Nisi perfectionis amor animos fecerit illis, qui persecutionibus agitantur, nihil nisi desperatio in illis videbitur. Nisi perfectionis amor solatium attulerit pauperibus, qui laboribus, atque egestate in mundo premuntur, in terris languent, ac tota eorum pietas in maledicta, atque blasphemias convertitur. Nisi perfectionis amor in iudicis corde fuerit, nulla amplius erit in foro iustitia, omnia ibi confusione, ac dolo plena erunt, sanctissimaeque iustitiae leges cadent humane cupiditatis versutiae. Nisi perfectionis amor mentes rexerit mercatorum, quamprimum avaritia corrumpentur, eorumque negotiorum non alias habebit regulas, quam calliditatem, & dolum. *Idem.*

Qui in mundo vivunt, perfectionis, & sanctitatis acquirenda curam in religiosis respiciunt.

Hae sanctitas, & Christianismi perfectio, ait aliquis e mundo, religiosorum est propria, ideoque ad illos eam acquirere spectat; hic est character, quo distinguuntur; haec eorum professio est. Illi nequam impediti sunt sexcentis negotiis, quibus ipsi distinetur; cura illis non est bonorum, praediorumque, ex quibus quam maxima utilitas percipienda est, illis non est alenda familia. Illi sui compotes sunt, illis uni servandum est Deo, atque aditendum, ut sancti sint. Nobis vero in saeculo, inter juges distractiones, quas magistratus, negotium, domesticae rei cura, cetera quidam, quos nos torrens trahit, & quibus urbanitatis gratia interesse debemus, parant, quod sciendum? Numquid suppetit nobis locus, ac tempus vacandi piis exercitiis, atque animam appellenti ad eum perfectionis gradum acquirendum, ad quem nobis contendendum esse docent? Nonne satis nobis erit, si aliquando Dei misericordiam mereri, eamque flectere nobis contigerit? Audite Christiani hujus mundi, audite Pseudo Christiani, vobis auferendus est error adeo gravis, qualis

hic est, vobisque ostendendum, qui exigit a vobis haec Christianorum qualitas, & nomen quod geritis. *P. Cyprius tom. 1. Quadragesima de christiana sanctitate.*

Si mihi probare vis, te verum esse Christianum, te nominis hujus officium explere, nec Deum ex majore exquirere perfectionem eo in statu, & proleione, in qua te illius providentia constituit, non satis tibi sit hoc dicere, ostende hoc mihi operibus, & credam, atque te sanctum vocabo. Cum videbo te serio omnibus legis articulis studentem, ut scias, quid tibi praecipiat, utque ad unguem illam observes, tunc te perfectum esse Christianum dicam. Cum videbo te tibi interdicens, quod prohibet evangelium, ludos, spectacula, noxiaque voluptates relinquere, cupiditatis tuis obnoxi, pravos habitus reformare, omnibus motibus tuis, omnibusque cordis tui desideris invigilare, ne quid illi permittas, quod conscientiam ledat, & quod a recta ratione abnorme sit, tunc te ad perfectionem contendere dicam. Cum videbo te in omnibus religionis muneribus obediens diligenti, alidum in templis, modestum, devotumque, dum sacris interes mysteriis, divino verbo attentum, bonorum, librorum lectioni, sanctarumque rerum meditationi additum, in sermionibus verecundum, in caeteris tuis aequum, & rectum, in ministerio tuo solemne, eique propter Deum, & secundum Deum operam navantem, amantem solitudinis, cum submissione patientem, pauperibus serenam opem, & quodcumque in te situm est, bonum facientem, tunc dicam te christiano more vivere, ac si in hujusmodi piis exercitiis peritissimus, te sanctum futurum. Sed ubi e contra te videam inertem, & otiosum, nonnumquam etiam ignorantem ea, quae scire tuam est, ac de illis edoceri detestantem, dico tibi inane esse Christiani nomen, & inane religionis phantasma. *Idem.*

Indicia ex quibus cognoscitur, utrum aliquis sit perfectus Christianus.

At enim numquid in saeculo comobii virtutem habere debemus? Nequaquam, Fratres; sed vel esse, vel esse debetis Christiani. Adest autem perfectio quaedam communis, & omnium Christianorum propria, quemadmodum particularis adest perfectio propria religiosorum. Si ex vobis totum perfectionem religiosam exquirere, fines transgredere, ac vos merito queri possitis, quam nimium a vobis expectem. Sed cum ita in religiosorum omnem christianam perfectionem rejiciatis, vobis jure exprobare possum, vos nequaquam illic ire, quo vocamini a Domino. Plurimi in mundo hoc abutuntur discrimine saecularium, atque religiosorum; ac quomodo sit intelligendum ignorant. Non enim desunt officia, quae & ad religiosorum particulariter & ad Christianos omnes generaliter spectant; & in hoc posita est, non quidem religiosa, sed christiana sanctitas quae saecularium aequae, ac aliorum esse debet. Exempli gratia fides, spes, caritas, imitatorum amor, lenitas, sui abrenunciatio, cordis libertas, animi mortificatio continentia pro eo statu, in quo sumus, patientia in adversis, mundi hujus corrupti, profanisque fuga, abstinentia, opera misericordiae; haec omnia, & alia plurima aequae pro vobis sunt, ac pro religiosis; hi praeter vobis his in rebus magis Christiani non sunt; ideoque eorum obligatio vestra est, & vicissim vestra eorum est obligatio. Hoc non est peculiare eorum, sed commune nostrae religionis fundamentum. Ad id omnes idem aequae obligat Christianissimi, idem, qui nobis praecipit, Dominus, Deus idem, cui servandum est; idem iudex, eadem ratio reddenda; auxilia eadem, eadem gratiae, eadem subsidia omnibus tradita sunt, ut ad eandem finem perveniamus. *Idem.*

Perfectio quaedam relictio, & saecularibus communis est, & ab omnibus laudanda.

Cum S. Chryostomo concludamus, fallacem hanc, quae a vobis sit Christianum inter, ac religiosum, distinctionem, & quam ad tot fundamentales articulos, & inevitabilia extentis officia, meram esse illusionem, & hominum adinventum: *Ista distinctio ab hominum opinione producta est;* inquit ille; cordis vestri corruptio illam invenit, numquam in sacris litteris memoratur: *Nihil enim eorum sacra littera agnovimus.* Ita est, Auditor: evangelium postulat, ut tu in statu tuo, non secus ac religiosus in suo, perfectus sis; hoc est, vult vitam tuam innocam esse, & fragi; petit a te, ut iracundiam cohibeas, ut orientem fratres inimicitiam celeri, sinceramque reconciliationem, non secus ac petit a religioso. Petit, ut in praedictis temperans sis, ac sobrius, in appetitibus tuis mortificatus, & carnis tuae inimicus, officii tuis obediens intentus, gratia fidelis, non secus ac religiosus; petit, ut quotidie proficias, ut certam facias salutem tuam fuga occasionum, noxtarumque occasio, labore, bono temporis, & om-

& omnium subsidiorum usu, quae tibi aequae, ac religioso ad perfectionem acquirendam suggerit Deus; & quere, quamdiu tibi liberit, numquam in Christianismo reperies duas leges oppositas, alteram quidem saeclem pro te, alteram pro religiosis difficultem. *Idem.*

Dei filius paulo antequam emitteret spiritum, caput inclinans ait: *Consummatum est,* hoc est, a se perfectum fuisse patris sui consilium circa hominum sanctificationem, & ad id se neque sanguini, neque vita suae peperisse. O tristem cogitationem homini morienti, qui sanctitatem sibi comparare neglexit, videre Deum, qui dixit sibi non esse amplius quidquam sanguinis in venis, quidquam abhelitus in pulmonibus, quidquam vitae in corde; ipsum semet exhaustum, ut illum sanctificaret; ipsum nonnisi in finem hunc, & vixisse, & mortuum esse; illum vero ad id nihil facere voluisse, neque serio unquam cogitasse, atque vitam in operibus inutilibus, & vanitate plenis perdidisse. *P. Textor in Dominicali sermone pro prima Dominica post Epiphaniam.*

Omnes Christiani universae ad sanctitatem contendere debent.

Cum mortales quidam urgentur, ut aditarent eam acquirere perfectionem, quae status ipsorum propria est, cbeantes Christianismi officia, respondent; se magnos futuros fuisse sanctos, si omnibus haece rebus sese subjicerent. Respondit in iis, quae inde consequuntur, aequae periculosae, ac in semet ridicula: quasi non crederent, se ad sanctitatem acquirendam teneri, quasi aliud nomen gere e possent, vel ad alios fines creati essent; quasi sanctitas opus esset supererogationis; quasi vocatio eorum non esset vocatio ad sanctitatem; quasi Spiritus sanctus, quem recipiunt, non esset spiritus sanctitatis; quasi omnia christianae moralis aetia non essent totidem sanctitatis documenta; quasi tandem peculiariter capta, secundum quae aliquando erunt iudicandi, non omnia ad sanctitatem referrentur. *Ex sermonibus moralibus.*

Homines ad vitam sanctitatem contendere debent.

Cum incipimus velle progredi in viam Dei, incipimus simul obijci hominum contradictioni, qui sese eidem opponunt. Quicumque hanc expertus non est, non incipit adhuc, ut opus est, progredi in pietate. Alii quidem amicitiae causam illi consilium dare contendunt. Quomodo hoc facere poteris, inquit, quod nemo fecit? Alii vero simulat generant quidem se eorum probare consilium, sed persuadere adituntur, hoc illi e sententia nequaquam cessurum; hoc tempus non esse ita vivendi. Nisi impugnantur regule generales, earum impugnantur applicatio, eamque multitudinis exemplo laesactate contendunt; denique rarum est, quod possit aliquis iustitiae regulis herere, quin habeatur tamquam singularis, & improbens, qui nimis austeras habet tentantias, & inanes sibi seipales finis. Saepae etiam ambitiosus vocatur, & cupidus inter caeteros hac vivendi ratione emicant. *Ex specimine Ethicae tom. 5.*

Estote perfecti, sicuti Pater vester caelestis perfectus est, dicit J. C. omnibus fidelibus in Apollodoro persona. Est sane spiritus paupertatis, alienus a terra bonis animus, suimet ipsius abnegandi, crucis ferenda, injuriam dimitte da, in micorum diligendorum, orandi pro persecutoribus suis, benefaciendi illis, qui nos injuria affecerunt, contemnedi, fugiendique mundum, gravissima sine querela perferendi mala, nullam pravam cupiditatem, iracundiae motum, verbum injuriosum prolatum sibi permittendi necessitas, nonne sunt obligationes fidelibus omnibus communes, & essentiales? Quam vero illa in se continent perfectionem? Horum officiorum praxis nonne ex fidelibus totidem Sanctos percheret? Sed hoc necessarium est, ut vere sancti simus, nonne mihi licet hodie in ipso Christianismo dicere, quod olim vetus quidam auctor de amicitia dicebat, nullus amplius esse veros amicos? Non sunt amplius illi, vel saltem pauci sunt veri Christiani; etenim ubi sunt illi, loquor de illis, qui in mundo sunt, ubi, qui vacent acquirenda sanctitati, & perfectioni christiana, tamquam summo negotio suo, tamquam praecipuo, & unico negotio? Ubi eiam sunt illi, qui tantum habent curae, & sollicitudinis, ut sint Christiani, humiles, patientes, quantum ut sint locupletes, potentes, & in hac via beati? *P. Nepesin in Christianis consideratioribus.*

De sanctitate, & Christiana perfectione in hac vita idem non est ac de die, in qua lumen, & vitae separate sunt; sed tamquam de mone, in quo licet lux regnet, est nihilominus cum quadam obscuritate permixta. Sanctitas est, quae partium suarum

ratione integra, & completa est; virtutes omnes, quae illam componere debent, ibi sunt, & vitia omnia, quae illam everunt, procul absunt; sed nimirum virtutes omnes ibi adhuc infirmae, ac languidae sunt, & vitia non omnino inde radicitus convulsa sunt. Hoc tamen non prohibet, quominus sanctitas universalem tribuat propensionem in bonum, & generalem horrorem mali, quamvis haec propensio, hoc edium non sint in extremo perfectionis suae gradu. Hoc ipsum ferre accidit novo homini in gratia, quod insani in natura, omnes habet partes essentielles, quae illum componere debent; corpus, & animam; corpus quidem omnibus variis exterioribus, interioribusque organis instructum, animam omnibus facultatibus suis ornatam, quamvis haec omnia infirma sint, ac longe diversa ab iis, quae virili aetate futura sunt. *Ex libro cui titulus: Examen sui ipsius.*

Justus habere debet ardens desiderium semet in bono confirmandi. Respicit bona opera sua, tamquam pignora amoris, quo prosequitur Deum; unde sequitur, quod indefinenter in sanctitate proficere capit: etenim quo magis sua sanctitas crescit, eo magis crescit etiam desiderium placendi Deo, & crescit etiam sensus, quem de illius habet magnitudine, nec non spes ipsius magis roboratur. Ceterum prout in sanctitate progreditur, eo magis sibi persuadet se facere, quod suum est; bona opera illius sunt aculeus, & excitamentum virtutis, ut in posteram semper melius operetur. Ita quod de avaro dicitur, numquam esse contentum eo, quod habet, ac semper majora sinit; hoc nos in laudis titulum cavetere possumus, ac dicere de vito bono, qui bonorum operum thesaurum congerit. Numquam dicit, satis est, capit incessanter bonorum operum numerum augere, quamobrem illum sinit, & esurire dicit Jesus Christus: Beati qui esuriant, & sitiunt iustitiam. *Idem.*

Quilibet Christianus habere debet desiderium in virtute, & sanctitate crescendi.

Vir bonus, & vere Christianus sincero ardet amore erga Deum, suam invenit oblationem in obedientia, & in mandatorum illius executione. Magna virtutes sunt obiectum votorum ejus, ea quae ipsum etiam essentialia officia consequuntur. In semet ipsum severus, lenis erga alios, nihil habet, quod proximo displiceat. Peccatorem non rejicit; scit, se illum debere ad virtutis amorem inflammare, & se non inde molestam aliquam impressionem percipiturum. Non novit omnes has carnis, & sanguinis rationes; novit solum eum, qui diligit Deum, diligere etiam, proximum suum, eique toties parcere, quoties ab eo leditur. Sine adfectione, & sine arte facit non id solum, quod saluti necessarium est, verum id etiam, quod conserere aliquid potest perfectioni ipsius, ut in dies sanctior evadat. Non audit hominum plausus, & laudes; & gloriae, quae ex sanctitate emanare possit, respicit tamquam periculosum laqueum, vel tamquam tentationem, quam praetereat sinit, & quam suffocet, non lovet. Quo magis illius pietas, & fortitudo crescit, eo magis suam sentit infirmitatem; hinc delect, extollitque cor suum ad Deum, cui suos labores devovet; constans in officio suo, ab eo nunquam desectit, pietatem amat, illum querit, & sincere conatur virtutes suas ad primos usque perfectionis gradus provehere. *Ex libro, qui inscribitur: Testatus de constantia.*

Character hominis, qui vere virtute praeditus est, & qui serio vult sanctificari.

Non satis est abstinere a peccatis, vel aliquam exercere virtutem, ut sis vere sanctus; saepe enim accidit aliquos affectus cohiberi, frangique, sed aliis habenas laxari. Herodes nonnihil agit in S. Joannis Baptistae gratiam, sed non potest Herodiadi displicere. Saepae etiam ab aliquo receditur, crimine, ut minus aperta vitia nutrantur. Affectus tradit affectum, qui nimium edit rumorem. Phariseus Deo gratias agebat, quod neque moechus esset, vel fur; manifesta haec scelera scandalum attulissent populo, ejusque gloriae labem offundissent; verum noverat artem nutriendi avaritiam, atque superbiam, quae facile celantur. Esto quidem, rationem habeto existimationis tuae peccatis abstinendo, dummodo abstinentia haec integra sit, & generalis: & si ut Abraham ipsum etiam filium sacrificas, si ultro gloriae Dei immolans affectus, qui tibi chariores sunt, magisque naturales, cum interim secreta loves vitia, & peccati abstinencia partialis est, neque potissimum ad Dei gloriam referat, falleris, & accipis umbram virtutis pro ipsa virtute. *Idem.*

Vera vita hu jus sanctitas omnium affectuum, & ad perfectionem pervenienda.

Incipienti virtuti regulae tradenda sunt, neque habenda est fides ardori nascenti, cui nihil arduum videtur. Cupiditates alia post aliam superanda sunt, non omnes simul oppugnanda. Ad perfectionem contendere, diuturni laboris opus est, arduum, & diffi-

In virtute progrediendi est, & ad perfectionem perveniendi.

difficile; sed hac via multo brevis. Unam tantum impugnamdam aggredere affectionem, unum vitium delendum. Unum pravum habitum evellendum; quam primum post te reliques eos, qui longius processerunt, proficisque magis, quam si precipi ardore intra diei unius spatium omnia pericere velles, atque longum studium uno tantum anhelitu metiri. Idem.

Magis sublimis speranda est perfectio, ut in numero iustorum.

Cordis natura talis est, ut semper infra sua subsistat officia, quia spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iustus saepe conatus exierit, ut se ad perfectionem stollat, & sepe sub cursu dimidium subsistit; hoc nos ipsi etiam saepe fecimus, ibique constitimus, quin ad terminum usque procederemus. Diligenti opus est vigilantia, ne fervor interpescat, & altius spectandum est, ut in medio maneamus. At plerique Christiani eo tantummodo spectant, ut a se magna propellant pericula; ideoque non spectantes ultra id, quod sibi essentialiter faciendum est, semper infra subsistunt. Ulterius contendendum est, aliquid agendum praeter ea, quae omnino sunt necessaria, ut directe eo perveniamus, quo perveniendum est. Ad perfectionem aspirandum est, ut finis in numero iustorum, & ut veros decet fideles vitam instituant. Nulla praeter hanc via est, & velle aliter iustificari, est velle finem assequi, quin per media transitus fiat. P. Massillon.

Ut homines fierent sancti, atque aeternum beati, Dei filius venit in terram, & ad hunc finem nobilissima naturae, & gratiae opera reulit. Etenim si Pater aeternus per singularem gratiam, qua praeter tot populus, quos in Ethnici erroris tenebris sepultos reliquit, nos ad mysteriorum suorum cognitionem vocavit, hoc praestitit, ut vitam puram, sanctam, innocuam, & ab omnibus Ethnicorum sordibus, & sceleribus vacuam duceremus: Eligis nos, ut essetis sancti. Si Dei filius semetipsum sua exiit majestate, & magnitudine mortalem, qualis nostra est, carnem induens; si triginta annos laboribus se exercuit, ut doctrina, & exemplis suis nos de officiis nostris erudiret; si ut se ipsum redemptionis nostrae auctorem, ac pretium constitueret, non pepercit sanguinis, & vite suae, hoc ille fecit, ut nos ad vitam profusam sanctam, ac divinam regeneraret, quae vacua esset ab omni corruptione vitae illius, quam ab Adam accepimus. Denique si Spiritus sanctus peculiarem sibi in cordibus nostris mansionem constituit, eaque recenti praesentia tamquam templa sua consecraret, hoc agit, ut in nobis divinam servet vitam, ad quam sumus regenerati. Idem.

Deus sublimis expectat virtutem perfectam a religiosis.

Virtutis, & pietatis soliditas inveniri debet in quolibet eo modo, qui dignus sit sanctitate vocationis suae. Cum in secularibus mentibus Deum exquirere non sit perfectio tanta, quanta in iis, qui religionem amplexi sunt, religiosis satis esse non debet virtus, quae in aliis satis esse deberet, & quae ipsis non sufficit ex iudicio Dei, qui sciens, quid dederit illis, ab illis quoque eos expetit fructus, qui aliquam habeant rationem cum gratiis, quas contulit ipsis. Haec inviolabilis est regula, quam ipse in evangelio constituit; multum ab eo petitur, cui multum datum est. Non sufficit ergo cogitare, te Christianum esse, ac sacro ablutum baptisate, praetera cogitandum est, tibi assuetissime fuisse Deum, ut haec affluentia, & superfluentia gratiarum Dei gigeat in te fructuum divinarum affluentiam, & superfluentiam; fructuum videlicet fidelitatis, gratitudinis, amoris. P. Croiset in primo recessu, pro aie una singularum mensuram.

Sanctitas, & perfectio Christiana esse debet secundum statum singulorum.

Ut bonus sit in statu perfecto, non sufficit bonum esse in eo gradu, qui in statu imperfectiore sufficeret; sed bonus esse debet secundum eam conditionem, in qua te Deus constituit, secundum gratias, quas nobis tribuit, & secundum rationem, quam ex nobis exquirat. Hoc a S. Augustino vocatur adimplere statum, in quo quisque est, per bona opera sua, ne incidat in eam exprobrationem, qua filius Dei illum Apocalypsis Episcopum redarguit. Non invenio opera tua plena. Huius Episcopi opera hominibus quidem plena videbantur, sed vacua Deo, qui magnum reprehendebat discrimen inter id, quod esse debebat, & quod erat. Quod nobis ostendit, licet illi de nobis contenti sint, nos tamen contentos esse non debere, merentes, ne Deus fortasse videat in nobis, quod ipsis non videmus. Idem.

Charitas est per se debet creari.

Hoc unum a Deo peto, aiebat S. Paulus ad Philippenses, quod charitas vestra magis semper abundet. Philippium charitas magna erat, & nihilominus S. Paulus Deum rogat, ut augeat illam, eamque recentibus semper cumulet incrementis. Charitas enim

totus est Christianorum thesaurus, virtus est, cui terminos constituere non debent. Magna charitatis premium est, eam fieri semper maiorem; hoc boni genus est, S. Chrysostomus inquit, quo nunquam saturari debemus; & illius mensura est, nullam habere mensuram. Molis diligendi Deum est, dilige sine modo. Liber, qui inscribitur; Instructio Christianis.

Ad perfectio nem est contendendum.

Esote vos perfecti, sicut & Pater vester caelestis perfectus est. Frustra aures obstruimus, ne secretam auidiamus vocem, quae adeo crebro loquitur nobis ad cor, & ait, cum hunc nacti fuerimus honorem, propter quem spectamus ad Deum, prestantissimum hanc Patrem, non posse nos huius cogitationis honorem tueri, nisi solliciti simus, atque omnem navemus operam eam adepturi perfectionem, quam ipse habet. Equidem scio, naturam, quae semper ad relaxationem tendit, admitti, ut nos in re hac praverat, nobisque persuadeat, cum adeo sumus infirmi, nequaquam contendere, ut altius perveniamus; quantumvis parum nostram intelligamus imbecillitatem, satis esse, si conemur nosmet eripere ex crudeli insanoque cupiditatum tyrannide, si cor nostrum ita cieuremus, ut a noxiis retrahamus voluptatibus, quae illi vici adpergunt, & quae gollantibus se inerant mortem; si nosmet continentes intra iustos terminos, quos nobis religio praescribit, nequaquam ruamus in veterum; alioquin vitam nimis duram futuram, ac non ferendam iugum, si inde finemur, ac sine intermissione adlaborandum esset, ut heremus perfecti; post aliquot relatas de nobismet ipsis, deletisque affectibus victorias, posse nos victoriarum fructibus frui, contentos de acquista quadam perfectione. Quae creditur satis esse majore, quin nolmet contempere torqueamus aliam majorem adepturi. Illatio, periculosus error, &c. Auctor Anonymus.

Cogitate, quid fecistis tot annos, quibus Deus colere protemini; quid inquam fecistis, ut perfectionem secundum statum vestrum assequeremini? Perfectio haec, sancti Patres inquit, in perfecta cupiditate suarum victoriarum consistit, in perfecta abnegatione earum rerum omnium, quae nos ab hoc sine arcent, in morte quadam erga omnia fluida naturalia, in mentis, & voluntatis nostrae subjectione, in solitudine interiori, in perpetua Dei presentia, & recordatione. Quid autem ad hoc ipsi fecimus, ut ad respiciendam hanc antipathiam, venenatam originem tot peccatorum, tot contumeliarum, tot similitam, quae foventur in corde, ad coercendum ingenium asperum, tunculentum, morosum, difficile, querulum, intractabile, ad auferendum hanc dissipationem, & evagationem, quae est adeo operativa interiori solitudinis, quae est tranquillitatis origo? Idem.

Maximi momenti veritas est, quae efficit, ut omnes sancti Patres considerarent, quam necesse sit quotidie progredi in sanctitate, ac in via bona, ubi semel illam fueris ingressus; neque enim satis est illam ingressum fuisse, sed oportet in eadem progredi ea constantia, quam fides illuminet, & charitas inflammet. Si igitur nobis cura est induendi novum hominem, prout exivimus veterem, timendum est, ne qui procedere debemus, retrocedamus. Planta, quae, ubi ex solo emerferunt, non crescant, quamprimum moriuntur; ac similiter dicere possimus, nisi nostra charitas creverit, & paulatim prava fluida, molosque habitus nostros dissipaverit, secretum esse in nobis obicem, qui prohibet, ne crescat, eamque fortasse brevi esse interitaram. Idem.

Quidquid creatum est, in mente Dei nos ad sanctitatem debet impellere, & nihilominus hoc ipsum vulgo ab eadem deterrere. Ullanc major in mundo fingi potest rerum perturbatio, quam mediis uti, ut recedatur a fine? Qui causantur se J. C. non sequi, vel qui fideles non adherent eidem, ubi semel se eundem sequi professi sunt, hoc agunt, eo quod adherent aliquo modo creaturae. Relinquitur sors aquae vivae, ut hauriatur aqua lustralia, quae sicut magis accendit, ex cisternis coenosis. Vera sanctitatis acquirenda ars est, ex bonis exterioribus nihil praeter necessarium possidere, vel saltem uti illis, quin interiori affectu illis adherens, non pendere ab illis, nisi quatenus jubet Deus, semperque praesto esse illis habendis, vel non habendis. Rumor, quem edunt res creatae, non alio spectat, nisi ut interpellent animae sanctae soporem, quo inter providentia brachia frueretur, si semel illi committere vellet, & in id unum incumbere, ut fideliter illi serviret, sine alia cura, quam magis magisque semet in singulos.

Ad perfectio nem est contendendum.

Hominum plerique loquuntur, sed curant ipsi praesentem sanctitatem.

Desiderium proficiendi in virtute praedestinationis nota est.

Per gradus ascenditur ad sanctitatem & perfectionem.

Deus fructus gratias cum ordine, & per gradus communicat pro ut illis benevolentur.

Per nequitiis abutimur rebus, utibus ad sanctificationem esse utendum.

Christiani, sed praesertim religiosi debent semper in virtute procedere.

gulos dies sanctificandi. P. Dezaenne in libro, cui titulus: Marialis Jesu Christi.

Quamplurimi de sanctitate acquirenda non laborant, quia suae sanctificationi vacantes non sperant opes, honoreque se acquirere posse, nimirum fortunam suam praeter sanctificationem, quasi magnitudinem Dei, honor eidem inserviendi, illius amandi obligatio satis non essent, ut illis adherere deberent. Nonne hoc est indignus fovere sensus de nobilitate characteris christiani? Nonne hoc est oblivioni tradere nos, propter quem creati sumus? Quid? si pietas, & sanctitas simul esse non possunt cum huiusmodi bonis, quae cupiditas amare potest, sanctitas, & pietas nullo nobis in discrimine erunt habenda? Hoccine est esse Christianum? Etiam si dies nostros in egellate ac tenebris tradiderit esse, huic, quod, unice necessarium est, vacare debemus, aeterna videlicet salutis nostrae, ad quam unica via sanctitas est. P. La Peste sermone de temporalibus fructibus pietatis.

Constat propter ea, quae nobis Spiritus sanctus pollicitus est, quod quotidie in via perfectionis procedere praedestinationis nota est. Hoc inferitur ex verbis regii Prophetae Psalm. 83. Beatus vir, cuius est auxilium aas te: ascensionem in corde suo dispoisit, in valle lacrymarum in loco quem possit. Quam beatus est, Domine, qui tuum praebes auxilium, ut ad gloria sedem perveniat? Hic gratia, praesidioque tuo adjuvus sibi in corde suo gradus constituit, per quos incessanter ascendere decrevit, donec permaneat in hoc mundo, qui non aliud est, quam vallis lacrymarum, donec perveniat ad locum, quem illi misericordia tua in caelo preparavit; etenim sancti Patres per has ascensiones intelligunt voluntatem in virtute crescendo per constantem bonorum operum praxin. Propheta autem explicat, quid contingere consueverit post hos progressus in sanctitate, addens, Deum semper uberioris benedictiones suas effundere in eos, qui ita progrediuntur, quarum ope de qua in aliam transiunt virtutum, & per beatam perseverantiam, quam illis largitur Deus, & quae cumulum addit eorum praedestinationi, ingrediuntur in gloriae confessionem. P. Chabou, Secretum praedestinationis.

Pauci inveniuntur similes S. Paulo, qui ex persecutoribus Ecclesiae momento fiant Apostoli. Ad sanctitatem, non secus ac ad sanctuarium per gradus ascenditur; temporis successione, & bonorum operum serie acquiritur perfectio. Per gradus in nobis formatur J. C. & viva illius imago apparet in moribus, & actionibus nostris, quemadmodum testatur Apostolus ad Gal. 4. Filii mei, quos iterum parvulis, donec formetur Christus in vobis. Plurima detracta sunt, non secus ac sculptor ex marmore, multaque alia addenda, quemadmodum efficit pictor, qui suos miscet colores, alioque super alios inducit in tabula, si perficiendum est magnum hoc opus ea in perfectione, quam haec continent verba: In virum perfectum, in mensuram statur plenitudinis Christi. Ad Ephes. 4. Pervenit ad extensionem, & plenitudinem perfectionis, quam expectat ex me. Idem in tractatu recitariarum in peccatum.

Docet S. Dionysius cap. 4. de divinis nominibus, qui intellectualem lumen, summumque bonum, nil amplius cupere, quam splendores effundere in animas, ac sese illis plene communicare. Sed addit, ipsum ordinatum, & quasi gradatim procedere; seu a minoribus incipit luminibus, quae si ille fideliter recipiunt, vel majora desiderant, haec illis effundit pro magnitudine desideriorum, & amoris, quem sistent. Et S. Bernardus in Epist. 123. post S. Augustinum addit, insatigabilem proficiendi curam, & jugem conatum, qui exierit, ut ad perfectionem perveniat, pro ipsa perfectione desumi: Indefessum proficiendi studium, & jugis conatus ad perfectionem perfectio requiritur. Cum enim hac cura, & conatus, uti supponitur, sit efficax, nunquam suo cret effectu, qui est eum, in quo invenitur, perficere. Denique S. Gregorius in hom. 3. in Ezechiellem iustis tribuit id, quod narratur cap. 1. Huius Prophetae: quatuor animalia, quae curvi divinae gloriae iuncta erant, nunquam revertebantur, & quodlibet eorum ambulabat ante se cum toto impetu spiritus, quo agebantur. Hoc mysterium inveniunt, sanctos, qui retrocedant, postquam ambulare inceperunt, semper progredi, qui revertantur, & reconceptum unquam, quod fecerunt. Idem.

Christiani omnes, sed praesertim religiosi, qui se Domino pro religiosis vota devoverunt, ita illi adherere debent, ut nihil eorum ardorem valeat immi-

nuere. Hac de causa persuasum esse debet, quod in virtutis via non procedere, retrocedere est: tepidum esse deterius est, quam esse frigidum; res parvas negligere est sese preparare sensim ad lapsum funelium; ideoque necesse est semper magnis passibus procedere, quin unquam cessetur. Via iustorum, inquit Sapiens Prov. 4. est lumen fulgens, quod progreditur, & crescit usque in perfectam diem. Virtus eorum nova semper habere debet incrementa. Abbas de Monorel serm. pro 4. post Pent. Dom.

Si ad sanctitatem acquirendam gravissimi militiae labores essent sustinendi, ac in sexcenta vitae discrimina adducendus esset unigenitus, solus locupletissimus haeres patrimonii, unica spes antiquae, spectatissimaeque familiae, atque cum eo in periculum esset exponendum, quidquid charissimum est, ulline invenirentur parentes, qui hoc pretio sancti esse vellent? Si ad caelum lucrandum noctu, atque interdiu ingrais vacandum esset officis, quae cum gravissimis conjuncta sunt molestiis, sine ulla oblatione, sine fructu, quemadmodum plurimi faciunt; si opus esset sese omnibus urbanitatis officiis mancipare, merum facilitatem continenti studio acquirere ad omnium ingenia concilianda, quod aulicis facere solet; si dies, valetudo, ac ipsa vita esset atterenda in impedibilissima negotiorum farragine, tantus ne esset sanctorum numerus? Si, ut perfectus Christianus esses, omnes devorandae essent mundanorum molestiae, omnibus temet subicere deberes mobilibus, & morosis legibus urbanitatis, consuetudinibus, usibus; si ut Deo placeres, tantum & corpus, & animum tuum torquere deberes, quantum mundana mulier, ut placeat mundo, nunquid iugum Domini suave, & onus leve appellaretur? Fateris, mundum malum esse dominum, mobilem, dorum, tyrannicum vocas; ne fugere quidem auderes Deum eque bonum, ac beneficium, qualis noster, est: cur igitur tantopere quereris de assertis difficultatibus, quas tibi amor proprius obtrudit, ne te in Dei cultu sanctifices? Quid ergo displicet nobis, quod prohibet, ne id, quod in officiis nostris maxime essentiale est, adimpleamus? Croiset in spiritualibus considerationibus.

Qui solida virtute praeditus est, atque perfectioni acquirenda vacat, homo est sine amore proprio, sine simulatione, sine ambitione. Homo est semper severus in se, qui sibi nihil parcat, mirum in modum lenis erga alios, in quibus excusat animam. Honestus sine adfectione, blandus sine humilitate, officiosus sine cupiditate, diligens legis observator sine scrupulo, iugiter sine contentione Domino adherens. Nunquam iners, licet nimis festinare non videatur; nunquam nimis occupatus, ac minus adhuc in negotiis dissipatus, quia semper servat cor liberum, unico tantum negotio vacans salutis suae, & ad id omnes suas curas impendens. Humiles de se ipsos sensus fovens, alios tantum habet in pretio, quippe in illis eas tantum spectat virtutes, quas habent, & in se ea tantum considerat vicia, quibus esse potest obnoxius. In sanctorum schola eruditus minima status sui officia praesertim maxime actionibus, quae sibi arident, & placent; in conditionis suae exercitiis virtutem acquirit parum communem, minima quaeque magnis intentionibus attolles. Denique homo est semper contentus, semper in pace, semper sibi constans, quem prospera non inflant, quem adversa non deprimunt; scit enim ab eadem manu vitae huius bona aequae, ac mala proficisci; & quemadmodum sola Dei voluntas vite ipsius norma est, semper id facit, quod vult Deus, & semper vult, quod facit Deus. Intra conditionis suae cancellos inclusus, alienis sese non immiscet negotiis. Vitae suae regenda, moribusque corrigendis intentus, illis, quorum interest, integrum relinquit aliena corripere facta, diligenti probitate a fidelium turba distinctus, per se ipsum exipitur, quanta veneratione digna sit virtus. Idem.

Nulla res est, ubi frequentius falsas nobis fingamus ideas, quam in virtute, pietate, & sanctitate. Hanc nobis exhibemus veluti regionem, cuius aditus crucibus, spinisque confusi sunt: ex minimis, quae nobis occurrunt, obicibus tot nobis monstra confingimus. Modo in praerupta rupe collocatur, quo non nisi adrependo ascendi potest; modo in obscura statuitur solitudine, ubi lacrymis nutritur; nulla sanctitatis imago non terret. Tristitia semper in illius fronte depicta est; & dices, quemque pro libidine horrentem illius imaginem sibi proponere. Profecto pauci inveniuntur aequi rerum estimatores, qui illam in pretio non habent, & qui per inter-

Miror homines, re in Dei servitute sanctificamur, quam legibus mundi oblectamur.

Descriptio hominis, qui ad christianaem virtutem condescendit.

Falsa idea, quam vulgo ad virtutis sanctitatem nobis fingimus.

feretvalla ejusdem aliena desideria non concipiant; sed iustitia hac, atque sterilia desideria quamprimum sedunt prejudicis. Hac attentio, hac jugis violentia, quam quisque sibi facere debet, ut loquitur Scriptura, sensus avertit; hac multitudo preceptorum, & consiliorum, quae servanda sunt, terret, & ex quo propius vitam Christianam consideramus, ejusque praxin amplecti debemus, difficultates invenimus, quae naturae terrenter incutiunt, & quas ipsa amplificat imaginatio, Homines Dei servitio devoti miseri existimantur, docentes vitam tristem, coactam, sine solatio, sine requie, sine voluptate. Nobismet persuademus, eos solitudine morosos, ac tristes effici, pietate in jugibus animi cruciatibus contineri, & mortificatione fieri sibi, alitque graves. . . . Sed quantumvis sensus virtutis praxin horreat, certum est tamen, vitam vere Christianam vitam esse suavem, & hanc unam efficere posse, ut es gustus voluptatis, & quae eo dulciores sunt, quo potiores. *Idem in spiritualibus consuetudinibus.*

Quilibet esse potest sanctus in statu, & conditione sua.

Quid sibi vult, Domine, hoc absolutum mandatum, quo jubet nos perfectos esse, ut pater noster caelestis perfectus est? Quamnam aetatem, vel quem statum ubi haec lege dispensasti? Et si unus quidem est Christianus, qui sanctus esse non possit, cur omnibus generatim hoc proponendum erat exemplar? certum est, velle Deum, quemlibet sanctum esse, sed non ideo minus verum est, hunc nequaquam sanctum futurum, nisi ad unguem omnia adimpleverit officia status illius, in quo Deus ipsos constituit. Cum milites, & publicani ex S. Joanne sanctitati essent, quid sibi faciendum, namquid iusti sunt statum utroque? Nequaquam. Magno hinc Sancto factis fuit utroque hostari: ne cui vim facerent, ut quilibet in statu, ac officio suo religiose legis praeccepta observarent. Et sane si Dei amor est tanquam animi perfectio, cui videri poterit difficilis virtus christiana, & potiori ne jure habet, quam nobilis, secularis, quam religiosus dicere poterit, se Deum amare, vel necesse, vel minime posse? Perfecta mandatorum Dei observantia basis est sanctitatis. Frequentis sacramentorum usus magnum hoc roborat officium, & quilibet in statu suo invenit, unde illud periciat. *Idem.*

Cur saeculares in claustris, vel in desertis caeli inquirant viam? hanc in propria habent familia, eamque in filiorum suorum institutione, in domesticorum cura, in bono prosperorum, & ad verum usum, in cordis restituitur, verbo, in vita vere christianae exercitatione eis invenitur rationes, quae ipsos sanctos efficere possunt. At enim negotiorum impedimenta, & familiae cura omne fere tempus absorbent, neque spatium relinquunt, quo salutis negotio vacent. At ignorante, se efficaciter ad salutis tuae negotium incumbere posse, aliis negotiis tuis operam navando, quae negligere noxia esset incuria? Quia tibi proponas pro tuo curarum, laborumque causa impudentiam, utaque domus incrementum, respice necessitatem vitae necessitatis consulendi, conservandi bona, nova acquirendi, filiis tuis prospiciendi, respice inquam haec omnia tanquam tui status officium, & ordinem providentiae, quae cum te in hoc statu constituerit, vult ejusdem onera a te sustineri. Ex quo Deus admittetur causa, propter quam tuis negotiis invigilas, rationem habebit omnium vigiliarum, laborumque tuorum, & omnes curae tuae melius instituta, ac moderatior, ideoque minus laboriose fient utiliores. Non solum propter caelum laborabis, & sanctus fies, sed ipsum coges Dominum benedicere industriae tuae, & quantumvis laboriosa fuerit vita tua, semper erit tranquilla; & ut loquitur Scriptura verbis, dies pleni erant. Quidnam oppositionis invenitur inter hanc pietatis praxin, & saecularium hominum conditionem? *Idem.*

Invidemus illis, qui negotiorum impedimento liberati, atque per statum suum sexcentis expediti curis possunt libere bonis operibus vacare, ac presentem, tutumque habent modum semet sanctificandi. Sed in eorum, qui in mundo vivunt, potestate situm est, iis uti melius, quae in suo veniunt statu, sanctitatis acquirenda. Quisnam est paterfamilias, qui domum suam regere nequeat, si se ipsum bene rexit? Quodnam bonum opus magis solidum, ac utile, quam filios in Dei timore educare, religionis principia illis diligenter imprimere, & vitii horrorem in illis excitare? Quodnam opus bonum magis necessarium, & acceptum Deo, quam edocere, quotidie perfectiorem facere familiam suam? Bonum exemplum patrifamilias majorem habet vim in ani-

mos, & cor illorum, qui ejus subfuit imperio, quam regula in religiosis; & optima vita ratio est morum disciplina pro fervis, & filiis efficacissima. *Idem.*

Progrediamur, quantum fieri potest, ad terminum, qui nobis indigitatus est. Cum tantum temporis remorati sumus, quantum nostra nobis ostendit conscientia, liquet plurimum itineris adhuc superesse absolvendum. Incessanter igitur ad statum finem curramus relaturi bravium caelestis beatitudinis, cum liqueat, eos, qui sanctum hoc stadium ingressi cursum non perierunt, in magno versari periculo, ne amittant raram hoc praemium, nisi summos exerant conatus, & incredibiles pervolent celeritate. Cursum longissimus est, tempus vero, quod ad illum absolvendum datur, brevissimum. Judicate utrum quam maxime referat illius diligentissimam rationem habere, idque eo magis, quod nobis persuasum esse debet, hoc a Deo concedi, ut coequeri nosmet laboribus nostris praeberet dignos illius miserationibus. *Liber cui titulus: Dialogi Abbatis Joannis, & Eusebii Presbyteri.*

Non licet Christiano, quantumcumque in virtute ac pietate profecerit, subistere velle, & non procedere, quasi, quidquid perfectionis, & sanctitatis superesse acquiritur, sit veri consilii. Retrocedere est in salutis via non procedere juxta S. Bernardi sententiam, quae in omnium ore versatur. S. Augustinus ante S. Bernardum Christianis omnibus utilissimum hoc documentum praebuerat: Nemo fidelium, ait ille, quantumcumque in pietate procedit, dicat, factus est, si enim hoc dicit, subsistit, & in via ante cursum finem remoratur, ideoque in finem usque non perseverabit. Quomobrem idem S. Augustinus docet totam Christiani vitam non aliud esse, quam sanctum desiderium, hoc est jugem cordis motum, quo actus, ut S. Paulus obliviscitur omnium, quo post se reliquit, ut in dies semper magis procedat. *Specimen Ethicorum tom. 10.*

Cum ad Deum ardentissimis, intimisque vinculis attingamus, nihil est, quod facere non teneamur, ut nosmet tanto bono dignos praebamus. Dubitare non possumus, quominus omnes curas debeamus impendere ad acquirendam, quantum ipse concesserit, sanctitatem, & evangelicam perfectionem. Verbo, dubitare non licet, nobis daum esse, ut simus membra ejus corporis, cujus ipse caput est; opus est ergo, sanctum esse corpus hoc, ut tali capite sit dignum; ideoque sanctitas qualitas est essentialis partibus, quibus ille constat, atque componitur. Ut nobis illius acquirenda viam aperires, dixisti Domine, ego sum via, veritas, & vita. Viam quidem, ut illi insistantus via, quam ipse ambulasti; veritas, ut non alius habeamus regulas, quam veritates, quas ipse nobis ostendisti; vita tandem, ut nos tuos possideat spiritus, nullusque sit sensus, nulla actio, nullus motus, qui per assatum illius non producat. Ita qui haec consideraverit, nunquam mirabuntur, quod iusseris nos esse perfectos, sicut Pater noster caelestis perfectus est: *Esse perfecti, sicut Pater noster caelestis perfectus est.* Abbas Trappensis in moralibus considerationibus in evangelium S. Matthaei.

Si haec obligatio, quo sanctos, perfectosque esse debemus, nobis utilis est, magnum a nobis exigat fidelitatem, magnum diligentiam, dicam etiam, magnos labores; quomodo enim rescari possunt ea omnia, quae adveniant puritati, quam petit; quomodo ea omnia fieri, quae ad id aliquid conferre possunt, quin incessanter omnia naturae studia impugnentur, & huic denegentur, quidquid cupidus videtur expetere? Levissimi defectus, minima etiam desideria, cum mere naturalia sunt, cum hac obligatione nequaquam consentiunt; itaque si illi satisfacere volumus, ditricius semper habendus est ensis, ut Salvator inquit, neque alteri cuiquam rei vacandum est, quam amputando, respiciendo, separando, quidquid imparum est, ac jugibus precibus Dominum fatigando ad obtinendas eas gestas, quibus indigemus, ut ad propositam nobis perfectionem toto nisi tendamus. Credentibus mediocritatis statum sufficere, ac terminum constituere volentibus Dei consilium, & gratias non prodest affirmare, officium hoc ad eos tantum pertinere, qui religionis statum amplexi sunt, non autem ad eos, qui in mundi commercio vivunt, quoniam verbum tuum Domine omnibus dictum est. *Idem.*

Qui tibi, Domine, pura, sincerique adhaeret charitate,

Cam sine in vita sanctitatis subfinitus, sed nandum est, & majori cum fervore facienda.

Christiano nullus sanctitatis terminos debet circumscribere, nec dicere, hoc factus est.

Sanctitas quodammodo essentialis esse debet Christiano.

Ut perfecti sumus, quomodo Dei filius postulat, magna nobis opus est libertate.

Sublimis & perfecte sanctitatis idea.

ritate, qui ardenti desiderio regnum caelorum inquirat, & vult omnes curas suas sibi inutiles non esse, nullum habet amorem, quo possideatur, nullam sollicitudinem, qua perturbetur, nullam voluntatem, qua dilineatur, nullam cupiditatem, quae ipsi dominetur, seu fortunarum, seu voluptatum, seu bonorum, seu mundi gloriae, vel sibi, vel consanguineis, vel amicis, vel aliis, sed omni affectione, omnique cura deposita, ac se ipsum praeter ceteris odio habens se sequitur omnino nudus, omnibusque rebus expeditus, ac semper recenti fervore succensus. *Idem.*

Quodcumque in virtute fiat studium, nisi vita tua cognoveris, & correxeris, superficiale est, & modicum adfert fructum. Hoc si desit, anima ad perfectionem tendens, multa operum bona faciens cura similis est illis, qui minime rerum negotiationem exercent, quae nonnulli mediocrem illis qualem sunt allaturae; cum e contra, qui incipiunt vitam suam rationem corrigendo, imitantur illos, qui magna emittuntur itinera, & magnas habent ubique terrarum mutas negotiorum procuraciones. Ratio vero, propter quam, qui vitis suis corrigendis non navant operam, non admodum progrediuntur, haec est, quia lumen eorum exiguum est; non enim expurgantur naturalem corruptionem, quae in nobis est, & quae est omnium tenebrarum nostrarum origo. *P. Surin tom. 1. Dialogorum asceticorum cap. 2.*

Non desunt mortales, qui in Dei cultu plurimum adlaborant, qui se providentiae tradiderunt, ac submiserunt voluntati illius pluribus in rebus non ita levibus, qui adepti sunt habitum ambulandi coram illo, jugiter intenti, ut illi placeant; sed qui tandem in se ipsis secretam carnes requiem videntur contenti esse eo statu, in quo sunt, ac prohibere velle Deum, ne ipsos ad sublimiorum gratiarum participationem illos attollet. In statu quo conquiescunt, quasi dicent ipsi, contenti sumus, & Deus esse debet contentus; quod superest, neque necessarium est, nec satis tantum. Deus neminem patitur remorari, neque ubi de perfectione agit, ullos terminos statui; sed quemlibet praesto esse, ut eum usque ad consiliorum ipsius complementum sequatur. *Idem tom. 3.*

Perfectionis desiderium certum est consilium vivendi non solum bene, sed sancte, ac in omnium virtutum exercitatione. Perique enim hominum incerti sunt consilii sui, eisque labilis haec bonum exercitio determinatio desit. Operam sollicitarum impendunt ei rei, quae vires omnes, omneque industriae flagrant. Illi, qui mundi homines dicuntur, ita affecti sunt. Quamvis plurima bona opera faciant, at tamen nunquam mentem hanc habent, sese penitus Deo devovendi. Quisdam illi quidem exercent devotiones, quidam erogant elemosinas, sed reliquam vitam tempus in terrenis negotiis, ludis, solatiis juxta naturale cuius unguis studium impendunt. Paucis opera bona, quae faciunt, per occasionem videlicet sunt, quod non prohibet, quominus de salute sua sint admodum incerti, cum vita eorum tantam habeat bonorum, malorumque immixtionem, ut dici nequeat, ipsos Deum sibi in magistram eligisse. *P. Surin in dialogis asceticis. Tom. 1. cap. 1.*

Ecclesia hodie nobis proponit exemplum Sanctorum, qui, ut S. Ambrosius inquit, non praesentiorum habuerunt naturam, sed voluntatem obedientiorum: *Agnoscentes sanctos non fuisse naturam praesentiorum, sed obedientiam majorum.* Nulla res efficacius persuadet exemplo, praesertim vero, cum a similibus praebetur. Exemplum vocem habet verbis omnibus eloquentiorem; oculos corporis afficit, migrat in animum, descendit in cor. Ita Ecclesia nobis Sanctorum praeparat sanctitatem, ut ad eorum imitationem impellat; hoc exemplum est, quod eo majorem ad persuadendum vim habet, quo magis ad nostram accedit infirmitatem. Filiis domestica proponuntur exempla, ut excitentur ad sequenda majorum virtutia; Sanctorum virtutes exempla sunt, ut ita dicam, desumpta ex eadem familia, ex qua ipsi prodiiimus, & quae inveniantur in ordine naturae per gratiam confirmata, in quo & ipsi sumus. *Ex sermone orationum pauperum tom. 2. pro die omnium Sanctorum.*

Quemadmodum nihil periculosius est scandalo, quae, ex Tertulliano, est exemplum rei male, quod illud quodammodo confirmat, & quod in animabus propehensionem in malum corroborat; ita bonum exemplum ratio est validissima, qua utitur Deus, ut homines ad virtutem perducat. Ideo Spiritus sanctus in Bibliis Sanctorum veteris testamenti vitam nobis

reliquit; ideo precipua Apostolorum res gesta accuratissime referuntur in Actis, & Ecclesia in annalibus suis memoriam servat eorum, quae sancti fecerunt adepturi gloriam, qua perfruuntur, ut magna haec exempla menti nostrae praesentia nos inflamment ad cibos superandos, quos illi superaverunt, ut ad terminum eundem pervenirent. Quomodo autem sancti alicujus vitam sanctitatem nobis persuadet? Bissariam, S. Chrysostomus inquit; efficiendo, ut sanctitatis perfectionem intelligamus, & in nobis corrigendo vitam, quae ab eadem nos amovet; quippe sancti vitam considerans intelligo nihil amandum, & in pretio habendum praeter virtutem; & cogitans, quod sancti fecerunt, disco, quid mihi faciendum sit. . . . Ad examen revocemus nostras, & Sanctorum actiones, statimque apparebit, quid illos sanctos fecerit, & quid faciat, ne sancti simus. *Idem.*

Cum charitatis ignis semper, & extra nos, & intra inveniat, unde augeatur, & crescat, si ille intepuerit, nonnulli nostra negligentia hoc fieri potest. Obligatio Deum sine intermissione, ac tempore diligendi exhibetur nobis per ignem, quem legis sacerdotes interdum, nocturne in altari servabant accensum. Pauci tamen sunt, qui hoc munus adimpleant; & qui magis frugi sunt, ex hoc intelligere debent, quam distant a perfectione, quae in peccati hoc amoris incremento consistit, sine quo indefinenter labimur in teporem, & ex tepore in Dei inimicitiam; hoc enim statutum est, in spirituali vita nullum esse statum consistentiae, neque medium aliquid inter progressum, & remissionem: ita ut nisi Dei amor crescat in nobis, illum imminui, & sensim oporteat extingui. *Idem pro secunda post Pentecosten Dominica.*

Prima obligatio animae, quam Deus specialibus favoribus profequitur, est, illi summa fidelitate, qua potest, respondere, & pro viribus admitti, ut vocationis suae praesentiam sequatur. Neque enim aliquid ex his gratis negligere possumus, sed omnes in quaestione ponende sunt, nisi in ingrati animi vitium labi velimus. Justus est arbor illa fecus fluentia consista fructum ferens tempore suo, de qua ne unum quidem decidit folium. Deus facit nullam animae ipsius assurgere claritatem, qua fides ejus non roboretur, neque ullum in volutate malum edit, quo amor ejus non inflammetur; hic in sancto fiore ponit omnes caeli thesuros, & nullum ex leucopletissimis gratiae talentis inutile esse patitur. Semita iusti, Sapiens Prover. 4. ait, est tanquam lux orientis diei, quae semper augetur; ille quodam veluti gradus in corde suo constituit, & de virtute in virtutem usque ad perfectionem progreditur. In perfectorum via nihil periculosius est, quam in hoc pernicissimo animae in Deum cursu remorari, qui progredi cedit, cadit, vel spirituali percutitur paralyti, quae inertem relinquit animam, quae omnes illius alligat facultates, & quae nullam illi motum erga Deum, vel erga creatura permitit. *Abbas de Jarry sermo pro die Visitationis.*

Spiritus filiorum Dei, S. Leo Papa inquit, & divinae hujus situationis nobilitas pati nequit, Christianum fidelem mundi hujus noxis adhaerescere: vim aliquam habeat, necesse est, cum divina hujus regenerationis magnitudine, filii cum patre suo consentiant, ament, quod ipse amat, & fugiant, quod illi non placet. Et si nobilitatem virorem filii in mundo se in contemptum adducunt, cum actiones eorum generi suo nequaquam sunt pares; quodnam, potiori jure, dedecus erit filiis Dei, ubi magnis virtutibus totam Christianismi dignitatem non sustinent? Quare considerandum est, obligationem hanc, quam nobis irrogat evangelium, ut simus perfecti, sicuti pater noster caelestis perfectus est, non esse consilium simplex, sed obligationem, quae non praecipi tantum, verum etiam juris naturalis esse videtur. Et profecto aliquid ne magis naturale filio, quam patris sui vitam referre, ubi digna est, quam filius imitetur? Quod tanto magis verum est in filiis Dei, qui pro talibus haberi nequeant, nisi Dei similitudinem gerant in vita suae perfectione. Hominum filii parentibus similes sunt, vel in faciei lineamentis, vel alio aliquo naturali signo; sed filii Dei patrem caelestem nonnulli in vita suae perfectione possunt imitari. *P. Campagni in sermone de obligationibus Baptisti.*

Quamquam per baptismi virtutem novae sumus creaturae, atamen informia adhuc opera sumus perfectionem suam a gratia, & operibus expectantia: *Sumus initium aliquod creaturae ejus,* inquit S. Jacobus.

Dei amor, in quo sanctitas nostra consistit, in nobis semper crescere debet.

Ut fideles sumus gratiae Dei, semper in sanctitate crescimus oportet.

Quatenus Dei filii ad perfectionem, & sanctitatem contendere debemus.

In baptismo incipimus dumtaxat recipimus sanctitatem quae est a nobis colenda, & persequenda.

bus. Christiane vite principia sunt in animabus nostris; virtutum omnium semina habemus; verum nisi illa diligenti cura excoluerimus, inter pravorum studiorum nostrorum spinas suffocantur. Regeneratio nostra in baptismo non nisi incepta est. & pergere debet in omne vite spatium; & quamvis peccatum sacramento deletum sit, sexcenta sunt tamen, quae prohibent, ne charitas in animabus nostris penitus constitatur, & quae totidem sunt obices perfectioni, quam a nobis exigit Deus. Concupiscentia. & affectiones, quae in nobis remanserunt, omnibus illius consiliis adversantur, ita ut nisi in iugi magnarum virtutum exercitatione verserimur, nisi incessanter progredimur, nunquam perventuri simus ad perfectionem, & eum sanctitatis gradum, ad quem tendere debemus. *Iam.*

Cum mundi homines dicentes audio, se ad perfe-

ctionem nequaquam teneri, satis esse; si in gratia statu sint, & hoc possit, omnia sibi licere; pro illis contremisco; alterum enim teneo, vel illos non esse in statu gratiae, in quo se esse putant, vel si sunt, non diu in eo permanentes. Ratio ex S. Bernardo praesto est, palam docente, maximum indicium, quod in corde aliquo gratia resideat, hoc esse, cum illis nova gratia, noveque perfectionis inspirat desideria. Quod inquit illi Scripturae verbo dicentis, eum, qui gratiam gustaverit, recenti ejusdem desiderio esse flagrantem: *Qui eduxit me, adhuc sperant.* Eccl. 24. Cum gratia in anima est, ibi effodit abyssos, quae alias trahunt; eam dilatant, hac parem efficit aliis gratis recipiendis. Hinc Sanctus iste concludit, putare satis esse a peccatis abstinere, quin de perfectione acquirenda laboretur, indicio esse, vel gratiam non haberi, vel hanc in corde non operari.



SCANDALUM,

Quod accipitur, & infertur. Sceleris enormitas, & effectus perniciosi &c.

MONITUM.



Libi de exemplo generatim, deque bono exemplo singularim actum est, quin verba facta sint de pravo, quod proximis tribuitur: nunc autem agendum de scandalo, quin sermo habeatur de bona edificatione, quam fidelis quilibet fratribus suis debet. Duo hac argumenta separanda esse censui, licet a plurimis concionatoribus simul pertraherentur, tum quod satis superque copie utrobique suppetit, cum quod eorum tractandum ratio prorsus differre debet.

Cum necesse sit, in mundo scandala oriri, ipso Jesu Christo asserente, videlicet eum in humana societate fieri vix posse, ut scandala in mundo existerent propter aliorum quidem nequitiam, aliorum autem infirmitatem, hinc orta distinctio est inter scandalum actuum, atque passivum. De utroque hic sermo, licet quaedam locuti de consuetudine, quam omnes fere sequuntur, hac de re diximus, ad scandalum passivum, quod nomine tenus differt, trauci valeat; sed quae semel attingimus, iterum non prodibunt.

Alterum quoque scandalum passivi generis est, de quibus pauca dicemus, estque illud, quod ex bonorum virtutibus, bonisque actionibus sumitur, propter quas improbi iniuste, ac temere scandalizantur; nihil vero proprius asseremus de scandalo, quod impii hauriunt ex evangelicis institutis, nostraque religionis veritatibus: non secus ac de scandalo crucis, & humilitationis filii Dei; hac enim ad alia pertinent argumenta. Ceterum scandalum, de quo hic agimus, locum praebet describendi plures morum seculi characteres, & vitia, & uberem aperit campum disertissima, ac pathetica eloquentia, ad deplorandum interitum animarum, cuius illud est causa.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus argumenti structura.

I. Ad sciendum horrorem, quem scandalum meretur, utor imprecationibus ipsius J.C. quas i. & in mundum: *Va mundo a scandalis.* Matth. 18. 2. & in scandali auctores contorquet: *Va homini illi, per quem scandalum venit;* ne alibi divisionem inquiramus quam in terribilibus his Salvatoris maledictionibus. Scandalum est causa omnium mundi malorum: *Va mundo.* Et auctorem suorum excidium: *Va homini illi.* Haec duae erunt Concionis partes.

Ero prior. Ostendendum est, Jesum Christum jure protulisse anathema in mundum propter scandalum, *Va mundo a scandalis.* Cur? Quia mortalium plerique damnantur propter scandalum, quod praebet, & accipitur, & quia fere sufficit, praebere scandalum, ut accipiat; quam veritatem luce clariorem ostendunt plures propositiones, quae omnes experientie innituntur. & quae latum excurrendi in meram disciplinam campum aperient. Nil facilius, quam fieri, se mali exempli torrente trahi. Liqueat nihil ad perhadendum esse efficacius, quam alicui exemplum, quod scandalum vocatur, longe efficacius est ad malum persuadendum: *Facilius est, S. Augustinus inquit, justos decipi ab impiis, quam impios a melioribus emendari.* Et constat ratio. Pravo impiorum exemplo accedit rebar ex naturalibus studiis, quibus in malum ferimur, jam proni sumus in id, quod illud nobis persuadere voluerit. Ceterum scandalum auferit omnes obices, quos constituerat Deus, ut nos a vitis praeservaret; videlicet

conscientiae lumina, naturalem pudorem, quo ob quaedam scelera suffundimur, metum, ne ob vitae rationem exprobremur. Propositio altera. Pravam exemplum, seu scandalum criminis quidem impunitatem, nocenti vero impudentiam, vel audaciam tribuit; etenim ubi semel scandalum praebere cepimus, nullius nos pudet facinoris; & cum publica est sceleris infamia, in flagitiis perleveramus, quo ne intelligamus quidem murmur, quod excitat. Propositio tertia. Maxima quaelibet vita non nisi per scandalum invehuntur; veluti impudicitia, impietas, irreligio, Adulterium dum videtur, dicitur, & scandalum indequit. Propositio quarta. Quia prava exempla sese communicant per eos omnes, qui nobis accedunt, vel quibus accedimus ipsi, & quibus undequaque ad nos venit, & per sensus omnes ingreditur. Igitur Dei filius jure exclamavit: *Va mundo a scandalis,* & quae infertur, & quae recipiuntur.

Pars altera. Scandalum in solo etiam auctoris ejusdem corde considerantes ostendere debemus, Deum nequaquam terribiliter in eum evomuisse anathemata: *Va homini illi, per quem scandalum venit.* Matth. 18. 1. Propter criminis enormitatem, quod evertit finem, propter quem Dei filius venit in terram, nempe ut omnes homines salvos faceret; scandalum enim eo tendit, ut eos perdat, eripiatque Deo animas; pro quibus Salvator vitam, sanguinemque effudit suum; quae non est hyperbolica exaggeratio; id enim S. Paulus per haec verba i. ad Corint. 8. testatur: *Peribit*

infertur in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. Et quamvis, qui scandalum praebet, non hac mente operetur animas perdat, satis est, hunc sanctum esse scandali effectum, & ab auctore suo ignorari non posse. 2. Domini maledictiones vanae non sunt erga eos, qui scandalum praebet; etenim quin loquamur de diffamatione, quae fere semper subsequitur scandalum, ea tantum mala inspicimus, quae aeternitatis habita ratione ejusdem manent auctorem. Huic enim ratio reddenda est animae fratris, quem perdidit, quae anima ipsius dicitur esse reparanda: *Sanguinem ejus de manu tua requiram.* Ezech. 3. 3. Conversionem suam, ac poenitentiam moraliter impossibilem efficit propter difficultatem, in quam seipsum adducit reparandi malum, quod avertit, animas eruenti ex abyssis, in quam illas coniecit, & mundum bonis exemplis tantum edificandi, quantum exemplis pravis illum scandalizavit, &c. 4. Quia hoc illud peccatum est, quod in hac vita frequentius, & acerbis insignibus suppliciiis, quae exemplo sunt, punitur, ut hac punitione deterreantur alii, ne pravum sequantur exemplum, quod flagitiosius ita male multati praebuerunt.

II. Duae propositiones concionis partitionem constituent in haec verba: *Va mundo a scandalis.*

Prima, va scandalum praebenti. 1. Quia coram Deo est homicida omnium animarum, quibus scandalum adfert. 2. Quia coram Deo rationem redditurus est omnium scelerum, quae patrabuntur ab illis. Hoc monstruosum peccatum est, peccatum diabolicum, peccatum contra Spiritum sanctum; quia directe charitatem impugnat; peccatum essentialiter oppositum redemptioni Jesu Christi.

Propositio altera. Duplex va scandalum praebenti, cum bonum tenetur exemplum praebere. Tales sunt patres erga filios, domini erga servos, sacerdotes erga dominicum gregem, &c. *Ex veris sermonibus P. Bourdaloue recens editis, pro Avenens tom. 1. serm. mo. 3.*

III. 1. In hoc sermone videbitis primum magnitudinem injuriae, quam Deo scandalum infert; 2. magnitudinem damni, quod infert Ecclesiae, cujus totam faciem deformat, quam probro, ac rubere suffundit, atque infidelibus, hereticisque contemptibilem efficit; 3. magnitudinem damni, quod infert proximo, & auctoribus ipsis. Si alia scelera aliquod audent facinus contra Dei gloriam, facinus hoc vanum est, ac infernum; e contra vero scandali facinus effectivum est, & reipso praestantissima ejus opera evertit, omniaque illius perturbatione consistit. Si alia scelera aliqua injuria Ecclesiam afficiunt, scandalum ipsam proflus dedecorat. Denique si alia nocentem aeternae damnationi subjiciunt, scandalum hoc inest peccare, quod difficillius expiatur, & mala, quae gignit, vix possunt reparari. *De la Font ditensis pro Dominica 6. post Epiphaniam.*

IV. 1. Peccator nunquam se magis dignum praebet ira Dei, ejusque in se ultionem convertit, quam cum proximo scandalum adfert. 2. Peccator nunquam magis impar est fructum percipiendo ex gratis Dei, quam cum ob proximi virtutes, bonisque actiones scandalizatur. 3. Peccator nunquam majorem tentatur imbecillitatem, neque in majori perenni discrimine versatur, quam cum se in vitium trahi sinit scandalo, quod ex pravis proximi actionibus accipit.

V. De maledictionibus, atque anathematis, quae Dei filius profert in eos, qui scandalum praebent. Ostendendum est, Deum hac anathemata praesertim in tria personarum genera contorquere. 1. In mundi sectatores generatim, qui prava tribuunt exempla. 2. In homines proteros, qui palam flagitiosissimam se vitam ducere proferunt. 3. In mundi principes viros, qui conditionis suae nobilitate scandalis aliquam praebere videntur auctoritatem. Hi sunt tres scandali gradus. Scandalum simplex, scandalum professionis, scandalum auctoritatis.

1. Cum nulla res christiana religioni, ejusque doctrinae, atque institutis apud Ethnicos fidem magis abrogaverit, quam scandalum, quod ex vita, praevisque fidelium moribus perceperunt; ita nunc vulum infidelium, & haereticorum conversioni majus obstatulum est, quam scandalum eorum, quorum vita sua fidei, & religioni conformis non est. 2. Nullus est peccator, cui Deus graviora minatus fuerit mala, & in quem ille acerbis animadvertit.

VI. 1. Facile est praebere scandalum proximo; sufficit enim verbum imprudenter prolatum, actio, quae ex se indifferens esse potest, peccatum, quod per impudentiam non celavimus, & ad aliorum cognitio-

nem pervenit; praebere etiam potest ipso indumento genere, servorum caterva, luxu; verbo, malo earum rerum usu, quae pertinent ad nos. 2. Facilius adhuc est accipere scandalum, & sequi propositum ob oculos exemplum, propter nostram imbecillitatem, ac pronam in malum naturam. Hinc duplitem ad nostram doctrinam eruerere possumus conclusionem. Prima est, nobis diligentissime cavendum, ne cui scandali occasionem praebemus: altera est diligentia, qua a nobis amovere debemus, quidquid esse potest scandali occasio.

1. In mundo facile est scandalum parere, & pauci sunt hoc crimine vacui: quod statibus, & conditionibus omnibus adherere videtur. Illi ipsi, qui putant, se nemini scandali occasionem praebere, vel qui ad id animum non advertunt, illi sunt, qui frequentius praebent occasionem modo malis actionibus, modo officiorum suorum omissione. 2. In mundo nemo ferme cogitat, & admittit reparare scandalum. Haec duo sunt concionis puncta, quorum alterum nos impellere debet, ut maxima, qua fieri potest, diligentia omnibus operibus nostris invigilemus; alterum, ut serio ad examen revocemus, quanam fuerit usque in praesens vita nostra ratio, ut medeamur scandalo, quod fortasse praebuimus.

In hoc argumento eligi potest simplex haec, & communis divisio, quae tamen continet, quidquid dici potest. 1. Injuria, quam infert Deo, cum gloriam deterrit, & evertit consilia, quae de hominum salute fovet, inutilem efficit erga eos, quorum gignit excidium, incarnationem, mortem, passionem, & merita JESU CHRISTI. 2. Damnum, quod infert proximo, illius animam perdens, & damnationem procurans, quod malorum omnium extremum est, atque gravissimum. 3. Damnum, quod scandali auctor sibi constat, se ipsum onerans peccatis omnibus, quae propter ipsum ab aliis patrantur, ac sese eo redigens, ubi malum, quod peperit, nequeat reparare.

1. Scandali impudentia: hoc enim publicum peccatum est, quod sine metu, & pudore committitur, & quin ulla habeatur ratio eorum, qui facti testes esse possunt, impudentiam suam reliquis vitis communicat, ut palam turpissima quaque patrentur. 2. Scandali crudelitas, quod sine miseratione fratris animam occidit, eique mortem aeternam infligit. 3. Immedicabile vulnus, quod scandalum infert; & difficultas mendum malo, quod avertit, quod, eo quod ignotum est, nos ideo minus magnum, late patens, & perniciosum est. Haec tria sunt, quae in nobis ceteri debent scandali horrorem, ac tres concionis partes efficere possunt.

1. Ignoratur vulgo, in quo scandalum consistit, & quomodo committatur; unde fit, quod Christianorum plerique in hoc incidant crimen, quin ad id animum advertant, & hac in re suam conscientiam excutiant. Quamobrem variae illius species explicandae sunt, ac docendum, quot modis praebere possit scandalum proximo directe, indirecte, cum intentione nocendi, vel sine intentione in vitium pertrahendi, & quomodo quaelibet species causa sit ruinae, & damnationis proximi. 2. Ignoratur enormitas hujus peccati, & quantum Deus illud perhorrescat, quod ostendendum est per minas, quas ille scandali auctoribus intonat, & ex ratione, quam ille petet salutis, & animae fratris ipsorum, per obligationem reparandi damnum, quod scandalo illatum fuit, & per difficultatem huic obligationi satisfaciendi.

1. Malum, quod in mundo gignit, qui scandalum praebet. Peccans peccare docet, ac sit iniquitatis magister, hanc publice actionibus suis docens, idque efficacius, quam si verbis doceret. Tentator est, quod in scelus impellit; & qui demonis vicarius, & organum est, ut homines perdat. Delet quomodocumque turpitudinem, & infamiam peccati, ac facit, ut impudenter, & propalam committatur. 2. Poenas, quas Deus passim repositit a scandali auctoribus, & quae tres ferme sunt. Prima mors turpis, & funesta, uti videmus in Scripturis: *Poenam te in exemplum,* dicit Deus Nahum 3. In te pensam exemplum posteritati universae memorabile. Altera est fere certa reprobationis nota; cum enim tot perdidit animas, justum est tanti sceleris supplicium, quod poenae earum sit focus. Tertia est, in altera vita acris animadverti in eum, qui scandalum praebet pro numero eorum, quorum interitus, & damnationis fuit causa.

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.